



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,  
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]  
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum  
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

**Burchardus <Wormaciensis>**

**Parisiis, 1549**

Quòd nullus ordinari episcopus debeat, nisi ex conuentione. xii.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10722**

*Quod non habeantur Episcopi, quos nec clerus, nec  
populus elegit, nec comprouinciales Episcopi  
consecrarunt. Cap. XI.*

**N**VLLA ratio finit, vt inter Episcopos habeatur, qui *Ca. Leo-*  
nec à clericis sunt electi, nec a plebibus expetiti, *nis papæ*  
nec à cōprouincialibus Episcopis cum Metropolitanis iu- *15.*  
dicio consecrati. Vnde cum saepe quæstio de malè acce-  
pto honore nascatur, quis ambigat, nequaquam & ab istis  
esse tribuendum, quod non doceatur fuisse collatū? Si qui  
autem clerici ab istis pseudepiscopis in eis Ecclesijs ordi-  
nati sunt, quæ ad proprios Episcopos pertinebant, & or-  
dinatio eorum cum consensu & consilio præfidentium  
facta est, potest rata haberi, ita vt in ipsis Ecclesijs perse-  
uerent. Aliter autem vana habenda est consecratio, quia  
nec loco fundata est, nec autoritate munita.

*Quod nullus ordinari Episcopus debeat, nisi ex  
conuentione. Cap. XII*

**N**VLLVS est ordinandus Episcopus, nisi cōuocatis *Ex cōcil.*  
clericis & parochianis, & in vnum consentiētibus. *Aurelia,*  
*cap. 2.*  
*De illis qui accipiunt regimina Ecclesiarum, & cun-*  
*ctos fastu superbiæ paruipendunt. Cap. XIII.*

**Q**UIDAM assumpta Ecclesia, & rebus diuinis ele- *Origenes*  
uantur, & cunctos fastu superbiæ paruipendunt: hi *dicunt.*  
canes magis, quàm principes nominantur.

*De illis Episcopis, qui superbire incipiunt. Cap. XIII.*

**H**umilis debet esse Episcopus. Gradū enim māsuetu- *Ex dictis*  
dinis accipit, non superbiæ. Paulus dicit: Decet hu- *Gregorij*  
iusmodi hominē mansuetū esse, non elatum, nec superbū. *papæ, &*  
*Apostoli*  
*Pauli.*  
*Quod ordinationes Episcoporum apostolica autoritate à*  
*cunctis prouincialibus fieri debeant. Cap. XV.*

**O**rdinationes Episcoporum autoritate apostolica ab *Ex episto*  
omnibus qui in eadem fuerint prouincia, sunt cele- *la Anacle.*  
brandæ, qui simul conuenientes, scrutinium diligenter *papæ scri*  
agent, ieiuniūque cum conuenientibus precibus cele- *pta episco*  
brent, & manus cum sanctis Euangeliis quæ prædicaturi *pis Italiae*  
sunt imponentes, dominica die hora tertia orantes, sa- *ca. nono.*